

A. 1677/11.

David:

Litterae Convocatoariae (1568)

R.M. II. T. 110.

A. R. Proclama III. filiali cont-
torei (vel Munitio Collegii
Lipsiensis)

L I T E R A E
C O N V O C A T O =

R I A E A D S E N I O R E S E C C L E -
S I A R V M S U P E R I O R I S E T I N F E R I O R I S
Pannoniae ad indictam Synodum Thordanam Albanam
ad tertium Martij diem, additis Thesisibus
ibidem disputandis.

Albanam



E P H E S. V.

Omnia autem, quae arguuntur, a lumine ma-
nifestantur, omne enim quod ma-
nifestatur, lumen est.



~

+

ALBAE IULIAE,

1568.

p. B.

Empius In Manuscripto. 15

... restitui tunc



REVERENDIS IN CHRIS-
to fratribus senioribus, et Ministris Eccle-
siarum superioris et inferioris Pannoniae,
Spiritus reuelationis, et sapientiae
precantur.



LITTERAS SENIORVM
Ecclesiarum vestrarum ad nos
missas, viri fratres, non absq; inge-
ni dolore perlegimus, præter id e-
nim quòd theses proponunt, à no-
bis iam pridem vna voce, & scriptis publicis con-
futatas, quemadmodum vobis constare poterit ex
prioribus libellis aduersus ineptias Petri Melije-
ditis, qui si pleni sunt adulationibus, & mendacijs
(vt ipse falso scribit) iudicabit Ecclesia, & rectius
posteritas. Accesserunt & non obscura mali er-
ga nos animi indicia: quæ res cum præter vestram
consuetudinem, & nostram expectationem conti-
gerit, non potuit nobis non esse quam molestissi-
ma: In præliminari siquidẽ epistola vestra nobis tam-
q; hostibus illudere visi estis (absit verbis iniuria) &
non secus ac Romanus Antichristus in nos plebẽ in-
cautam accendere, nomẽ nostrum calumnijs, & nomi-
natiõ traducentes. Quia verò arbitramur non ve-
stra sed quorundam improbitate factum fuisse, vt à Chri-

Domini charitate, & puræ mentis vestræ consci-
entia paululum deflecteritis, nos edocti à Domi-
ni Spiritu, tantùm abest, vt velimus recriminari,
quin potius pro vobis orabimus semper, & omni-
bus persequentibus, & nos calumniantibus, iniu-
rias omnes patienter ferendo, tametsi homines si-
mus, qui facilè in vos longè plura possemus retor-
quere conuitia. Accedit & illud pijs omnibus
exosum futurum, quòd contentionibus, præter
morem Ecclesiæ Dei, vos perpetuam operam da-
re velle, non obscurè insinuatis: tametsi pro com-
perto habeatis eiusmodi dimicationes nihil aliud
hactenus peperisse, quàm odia, sectas, & simulta-
tes: Edocti ergo communi malo, debuissetis con-
cordiæ alias rationes quærere.

Admonemus itaq; vos in Christo Iesu, vt dein-
ceps curare velitis, ne Dei verbum, per pertinaces
istas controuersias, vel vestram intemperantiam,
malè audiat: cauendum enim vobis est, ne tales
tandem esse dijudicemini, quales vestræ erunt o-
rationes, non enim quales sint homines in hoc vi-
tæ æternæ cardine defendendo, inspiciendum es-
set, sed quid dicant magis animaduertendū, quo
rectius tandem possetis hæreseos authores, Apo-
stolorum more nominatim perstringere, at indi-

Etiam cau

Etiam e
nimè c
lud cen

Quo

nobis e

cul d il

& Tur

Acced

guinar

tur, &

mus, &

entia D

tum, n

bus, &

uia cur

facinor

à theon

nitario

sperfa,

poterit

Cum

venire,

fida soc

pis nost

doctrin

Etiam causam, aut fideles, & eruditos pastores mi-
nimè conuictos, sorbonico supercilio damnare, il-
lud certè summam redoleret temeritatem.

Quod ad locum Synodi constitū attinet, quàm
nobis omnibus suspectus esse debeat, & quàm pro-
cul distet, vos ipsi scitis, obuia siquidem est ciuitas
& Turcarum, & Germanorum incursionibus:
Accedit, quòd & pastorem hominem illum san-
guinarium habet, qui fidelibus omnibus insidie-
tur, & sanguinem nostrū siciat: Attendite, quæsu-
mus, & perspicite, quo zelo, quo Spū, qua consci-
entia Dominum Lucam Agriensem, nec conuic-
tum, nec planè confessum, iniquissimis suasioni-
bus, & mendacijs, in carceres conijciendū Caslo-
uix curauit: cogitate quàm digna sint eiusmodi
facinora homine Christiano, & caute diligenter
à theoninis consilijs, & à Meliana illa de Deo tri-
nitario doctrina succo Loliginis, & nigro sale re-
persa, sicuti ex nostra refutatione facilè colligere
poteritis.

Cū itaq; nec tutum, nec possibile sit, nos cō-
venire, vbi de vitæ discrimine agitur, & vbi nulla
fida societas, accedat præterea Serenissimi Princi-
pis nostri institutum, qui nostrarum Ecclesiarum
doctrinam coram vult oppugnari, quo sua Maie-

+ qualis doct
H. tentabat
recepti
m. d. g. m. t.

6
as de veritate quoque possit persuaderi, vos obnixè
orabimus, ut hanc nostram condignam excusati-
onem, & absentiam, boni æque consulere ve-
litis.

Cæterum, ne Melius antè victoriam vanos de
more canat triumphos, vel obloquendo spargat
nos lucem fugisse, placuit Ecclesijs nostris vos quo-
que conuocare ad synodum nostram Thordæ co-
gendam Martij die tertio, præsentis anni, hortan-
tes vos, tanquàm Domini Athletas, ut armati gladio
Spiritus, & clypeo verbi Diuini, ad nos descende-
re dignemini.

Mittimus & theses nostras disputandas coram
toto cœtu, si tamen vobis ita visum fuerit, & toti
Ecclesiæ, pariti enim sumus, & in hoc quoque præ-
ter nostram consuetudinem vobis obsecundare.
Accedite igitur alacri animo, hinc enim futurus est
vobis locus tutissimus, quemadmodum sæpius e-
stis experti: hinc auxilia à fratribus vobis etiam nõ
deerunt, ut ut dissideamus: Hic inquam, omnia etiam
placidè, & in Spiritu lenitatis transigentur.

Nolite ergo negligere, fratres, gregem Domi-
nicum, sed penitus expendite, quid Ecclesiæ, & vo-
bis facto opus sit.

Quod de Polygamia additum est, deque Pædoba-
ptismo

prism
causa
xorib
nec p
dubiu
Cæ
menta
vid


prismo nescimus, an denigrandi nominis nostri
causa sint addita, necné: cum enim de pluribus v-
xoribus, aut infantibus baptizandis, nec publicè
nec priuatim vnquam disceptatum sit, cur ea in
dubium vertatis, satis mirari non possumus.

Cæterum, quia Deus per vos nos cogit, argu-
menta aliquot quæ Pædobaptismum impugnare
videntur, attexuimus, cupientes Ecclesiarū
iudicia audire, & meliora docenti-
bus obtemperare. Vos in Do-
mino bene valere opta-
mus. Albg Julij 20

Ianuarij.

M. D. LXVIII.

Seniores, & Mini-
stri Ecclesiarū Vn-
garicarum in Tran-
sylvania cōsen-
tientes.



8
THESES DISPUTANDAE
in proxima Synodo ^{Albae} ~~Thurica~~ indicta ad
tertium Martii diem.

1. Quicumque de Patre, Filio, & Spiritu sancto homines pronuntiant, praeter id, quod Prophetæ, Christus, & Apostoli tradiderunt, anathematata esse.
2. Papistarum de vno, & trino Deo doctrinam sacrilegam esse & voces prophanas.
3. Quicumque verò extra, & praeter omnem scripturam Iehoua Elohim interpretantur pro vna Essentia, & tribus personis, impios esse Cabalistas.
4. Qui sub vnius elogio totam comprehendunt triadem, vel solitariam quandam sterilem Essentiam, dicentes, quod Pater, Filius, et Spiritus sanctus sunt vnus Deus, vagari extra scripturam.
5. Qui vnius epitheton, Altissimi, ex quo omnia, vel ΑΥΤΟΥ ΣΙΑΝ Filio, aut Spiritui sancto absolute aliquando in sacris concessam fuisse defendunt, soli verò Patri, competere negant, puritatem verbi Dei obscurare.
6. Qui dicunt, quotiescunque Deus in sacris indefinitely

de
ni
pe
7.
De
dua
ora
ri: P
Det
datu
les e
8. Q
perso
us m
i Filio
reat.
9. Qu
Iesu C
eunde
posse a
10. Qui
sti Patr
thoren
stum eu
ritu esse
verè po
conculc

definitè profertur, vel opponitur creaturis, v-
nicam Essentiam simul, & tres personas sem-
per designare, errare.

7. Qui principium personę Deum esse docent,
Deumq; & Patrem, siue Essentiam & personā
duas esse res distinctas: & sub nomine Patris in
oratione Dominica totam trinitatem designa-
ri: Punctumq; interserendum in symbolis inter
Deum & Patrem, quo manifesta deprehen-
datur Essentię à personis distinctio, execrabi-
les esse Sophistas.
8. Qui illam Essentiam, & tres simul inuocant
personas, iuxta illud, Sancta trinitas vnus De-
us miserere nobis, Idololatrias censeri, cum De-
i Filio Mediatore, vnus ille Deus trinitas, ca-
reat.
9. Qui vnum illum Deum, Deut. 6. propositū
Iesu Christi Patrem non esse contendunt, vel
eundem, secundum quod est Deus, gignere nō
posse asserunt, religionem Turcicam imitari.
10. Qui Deum (secundum quod est Deus) Chri-
sti Patrem non esse, vel omnis Diuinitatis au-
thorem defendunt, Ecclesię illudere: Qui Chri-
stum eundē numero Deum cum Patre, & Spi-
ritu esse prædicant, authoritatem omnem quā
verè possidet Pater, & prærogatiuam pedibus
conculcare.

B

Qui

11. Qui Dei Filium Christum ab eterno genitum de hypostasi Patris tradiderunt, eundem facientes altissimo Patri omnibus modis equalem, consubstantialē, & coeternum; duos Christos, & duos Deos equales introduxisse.
12. Eiusmodi phrasēs, Filius hominis est plenus filio Dei: Filius Dei vnitus filio hominis: Filius Dei est in Christo: Filius item Dei assumpsit Filium Mariæ: Ille magis propriè, iste minus propriè Filius Dei dicitur: Ille absq; Patre, iste absq; matre: Ille bis natus, bis genitus, hic semel: Quod ille facit, iste facere non potest: Ille æqualis, iste minor: Ille de hypostasi Patris genitus ante omnia secula, iste de Spiritu sancto conceptus ex virgine in tempore natus: prophanas esse loquendi formulas, & quæ duos filios appetitissimè introducant.
13. Qui Christi carnē post seculi consummationem in Diuinitatem absorbendam iri cēsent; hæreticos esse: Et magis execrabiles, quā post seculi consummationem docuerunt, Deum desaturum esse caput Christi.
14. Qui Christum, secundum quod est Deus, à seipso Deum esse pronunciant, & quicquid est quicquid ué habet, nō accepisse à Deo Patre defendunt, contraria scripturis proponere.

Qui a.

15.

qu
qu
nul

16.

Esse
na

17.

nari
esse

A

b

r.

In
& nu
benu

tum

In ijs

à non

gume

ergo

1.

Ma

tizem

ptizen

tes & c

5.

Gle

15. Qui alium Christum quaerunt, praeter illum qui sermo factus dicitur, vel purum Deum alium quem extra carnem Christum fuisse somniant; nullum Dei filium colere.

16. Qui docent Spiritum sanctum quatenus est Essentia, Deum a seipso esse, & quatenus persona a Patre, Filioque procedere; Sophistas esse.

17. Qui Spiritum sanctum Deum aperte nominari in sacris, adorandumque, vel invocandum esse contendunt; commenta hominum sequi.

ARGUMENTA QUIBUS Pædobaptismus impetitur.

1. In sacris nullibi invenitur Pædobaptismus & nullum de eo mandatum, vel exemplum habemus, ergo rejiciendus. Sic praevaluit argumentum aduersus Papam in evertendo purgatorio: In ijs enim quae nobis ad salutem necessaria sunt a non scripto ad non factum valere videtur argumentum: Sic dicunt esse Pædobaptismum, ergo quia non scriptus, non faciendus.

2. Mandatum est, ut prius doceamus, postea baptizemus, prius ergo docendi infantes, antequam baptizentur: Itē docete omnes gentes, baptizantes &c. Matt. ultimo.

3. Gloriatur Paulus, & gratias agit Deo, quod

- neminem baptizauerit præter Caium & Crispum & Stephanæ domum 1. Cor. 1. Quàm igitur necessarius sit Pædobaptismus illinc collige: Et quod præterea Christus ne quidem adultum baptizârit vnq̄, vel Ioannes baptista infantem.
4. Reprobi non sunt baptizandi, multi ex infâtibz sunt reprobi, ergo abstinendum, ne profanetur sacramentum p̄ nostrâ ignorantia.
 5. Qui non credit, à baptismo arcendus est: infantes non credunt, ergo: Si credis, licet, Act. 8. Deut. 1. nec sciunt malum nec bonum.
 6. Cogi homines ad Pædobaptismum, est Sacramento plus tribuere, quàm par sit, & Papæ opinionem stabilire, qui docet, neminem posse absq̄ baptismo saluari: Ergo nō properandum præcipitanter.
 7. Coniungenda est aqua cum Spiritu, veluti fides cū baptismo: Infantes Spiritu obtusi sunt, & credere non possunt, ergo arcendi. Ioa. 3. & Mat. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit & cæc.
 8. Ad fidei articulos credendos Ecclesia tantum obstringitur, Ergo cogi ad Pædobaptismum non debet, cum articulus fidei non sit.
 9. Si infantes necessario baptizâdi sunt, Ergo & como-

& c
 vetu
 nas
 10. N
 fante
 ptiza
 tes pe
 11. Na
 differ
 quid p
 billæ c
 ptismu
 Rom.
 tim, ne
 fideliu
 afferan
 necessi
 tatem c
 Donati
 fuisse a
 genis te
 firmatio
 spicaret
 12. Cord
 fit ad sal
 lud habe

Caitum & Cris-
Cor. 1. Quam igi-
nus illinc collige:
quidem adultū
ptista infantē.
di, multi ex infā
ndum, ne pro-
ā ignorantia.
cendus est: in
s, licet, Act. 8.
num.
num, est Sa-
sit, & Papæ
ninem posse
operandum
ritu, veluti
obtusi sunt,
di. Ioa. 3. &
us fuerit &
lesia tantū
ismū non
unt, Ergo
& como-

& cōmunicandi, par enim ratio est, vt ostendit
vetustas, quæ eiusmodi inanes lotiones, & cœ-
nas pueris obtrudere coacta fuit.

10. Non datur baptismus absq; pœnitentia: In-
fantes pœnitere nesciunt: Ergo. Ioa. 2. Act. 2. ba-
ptizabantur nempe à Ioanne baptista confiten-
tes peccata sua. Mar. 1.

11. Nazianzenus sermone de baptisate, optat
differri baptismum, donec pueri de fide sua ali-
quid possint respondere. Trismegistus & Sy-
billæ docent, adultis tantū competere posse ba-
ptismum. Musculus Dufanus in Epistola ad
Rom. Fol. 430. optat, vt nec anxie, nec neglec-
tim, nec æquo properantiùs, nec iusto tardiùs,
fidelium paruuli ad initiationis sacramentum
afferantur, damnat anxiam festinationē, quo
necessitatem, quam alij fingunt, tollat, & liber-
tatem concedit. August: quoq; lib. 4. contra
Donatistas, paruulorum baptismum scribit nō
fuisse à concilijs stabilitum, incepisse autē Ori-
genis tempore, vnde constat Ecclesiā etiam cō-
firmationis sacramentum adinuenisse, quod su-
spicaretur de inuentione Pædobaptismi.

12. Corde creditur ad iustitiam, ore confessio
fit ad salutem Rom: 10. Infantes nec hoc nec il-
lud habent: Ergo arcendi à sacramentis.

B iij Quia

14
Quia verò hoc viderunt Patres, susceptores, & compatres illos ordinarunt, qui pro illis responderent: Expendamus autem, an aliorum fides, nos saluos reddere possit?

13. Perfecta cum sint sacramenta, perfectos requirunt: Infantes admodum imperfecti: Ergo.

14. Cœna Domini externam confessionem postulat, ergo & baptismus: Interroges, cur infantes à cœna arcentur: & iisdem argumentis probabis eosdem à baptismo arcendos esse. Quid enim aliud est baptismus, quam de sua fide publica contestatio: & hominis signaculum? vide Act. 16. de Lydia.

15. Christi Symbola ad ipsius commemorationem, & prædicationem sunt ordinata: Infantes horum nihil facere possunt: Ergo.

16. Fides ex auditu, auditus per verbum Dei, si dixeris, Infantes fidem habere, novam novæ fidei revelationem in illis demonstrabis: quod ex Dei verbo probare nunquàm poteris.

17. Christus annorum triginta baptizatur, & nobis exemplo sunt quotquot Apostoli baptizârunt, qui de infantibus nullam mentionem unquàm fecerunt.

18. Quicumque baptizantur, Christum induunt, an Infantes Christum induant, expendere.

19. Novi testamenti sacramenta sunt Spirituality:

Infantes toti carnales.

20. Apostoli hominum non Infantium sunt piscatores, & vt Euangelizēt, missi, Non enim noui, inquit Paulus, baptizare i. Cor. 1. Mar. 16. Itē & prædicare Euangelium omni creaturæ: qđ si dixerint Infantes esse creaturas, & cāpanas quoq; dicemus esse creaturas, quas etiā Papa baptizat. 21. Qui accedit ad Sacramēta p̄bare seipsum debet, Infantes non possunt: Ergo.
22. Qui Christianus fieri vult, exuere veterem hominē, induto nouo, debet, & noua fieri creatura: hoc facere non possunt Infantes: Ergo.
23. Fidelis dispensator idat cibum in tpe suo, & respicit albas messes, nō virētes, & temerrimas.
24. Illi verē fratres dicuntur, qui ex eodē poculo bibere possunt: Infantes non possunt: Ergo.
25. Qui sacramentorum externam partem tantum sumit, nihil sumit: Infantes aqua sola tinguntur, cūm careant ratione. Ergo.
26. Non debet ad Christum vocari, qui non potest à Ioanne baptista præparari.
27. Baptismus est tinctio cum Doctrina, & manuum impositione. Heb. 6.
28. Baptismus est mortificatio & ablutio cum inuocatione nominis Iesu, Act. 22.
29. Baptismus est abluui corpore aqua in certitudine

- dine fidei, depulsa mala conscientia, Hebr. 10.
30. Baptismus est depositio sordium & peccatorum, ac cōsepeliri cū Chrō, atq; sepeliri, Col. 2. 3.
31. Baptismus est stipulatio bonę conscientię erga Deum Gal 3. 1. Cor. 6. 1. Pet. 3. Hęc & similia infantibus minime possunt cōpetere: Ergo.
32. Baptismus est lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti Tit. 3. Ioa. 3. Ro. 6. Luc. 3. Act. 8. 1. Cor. 12. Eph. 4. 5. vide quid facere conueniat ijs qui baptizantur, & comperies nihil ad infantes pertinere.
33. Baptismus qui à Prophetis figuratus est, nil ad infantes pertinet, Ergo. Ezech. 36. Zach. 13.
34. Sacramenta sunt cibi solidi, Infantes lacte indigent, Ergo:
35. Prius nos esse oportet animales, deinde Spūales 1. Corin. 5. Sacramenta sunt instrumenta Spūalia, Ergo infantes Spū renasci non possūt.
36. Adultos, cæcos, mutos, & surdos nemo vnq̄ baptisare audebit, tanto minus infantes, qui nec ambulare possunt, nec comedere, nec audire aut loqui.

F I N I S.

Haec Tractatus de Pedobaptismo est aut in Tractatu de Regno
Christi et Antichristi. quod opus est Christophori Albi
Jalae Anno dñi 1589. Libro secundo Secundo
De Regno Antichristi, de Regimine.
Opus hanc eandem, ac L. paucissima omnia
Evangelio Christi. Spiritu plenissimum.

Véige

Nous loger :

2